Fratris Didaci de Deça ordinis predicatorum vite regularis: Serenissimi ac magni Hispaniarum principis preceptoris. In defensiones sancti Thome ab impugnationibus magistri Nicholai magistrique Mathie propugnatoris sui. Ad Illustrissimum ac Reverendissimum dominum: dominum Petrum Mendoçe archipresulem Toletanum. Hispanie totius primatem. sancte Romane ecclesie cardinalem dignissimum. Epistola.

Illustrissimo ac Reverendissimo in cristo patri dño: domino Petro Mendoçe archipresuli Toletano. Hispaniarum primati: sancte Romane ecclesie cardinali dignissimo. Frater Didacus de Deça ordinis predicatorum vite regularis S. P. D. Non satis cõstat pater optime an veritas plures habeat sectatores an impugnatores. Et quidem ambiguũ non est quod a prima rerũ cõditione: vix traxerit veritas sine adversante morulam. ipsa teste veritate ubi de prima ac pulcherrima inquit creaturarum. Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit. Verum quod alii sola obsistunt ignorantia. Nam crebro: ut Seneca dicit. mendacium specie veritatis obducitur. Et sicut tristem frontem amicus et blandam adulator ostendit: sic verisimilitudine ut vel fallat vel surripiat: coloratur veritas. Hoc erroris exẽplo galate deprehensi sunt; quibus Apostolus ait. O in

sensati galate quis uos fascinauit ueritati nō obe-
dire? Alij vo inanis glorie cupiditate repugnāt
hij iuxta pphetam fastu quodam inflati sciētie
erecta aiunt ceruice. linguam nostrā magnifica-
bimus. labia nostra a nobis sunt. Nec bonum
studiuȝ est inquisitiōibus suis ueritatē assequi:
sed uictores uideri. Unde fit ut contentionū cer
tamina sponte suscipiant exquirantq̧ atq̧ ex p-
cis negocio: rixe inuentores exurgant. qui et eo
se maxime doctos arbitrati sunt: si doctioribus
ignorationem audacter obijciant. Ego certe ad-
miror ne dicam abominor quorundaȝ doctoruȝ
impudentiam quorum omne studium ꝛ cōmen
tatio in eo posita esse uidetur: ut maioribus con
tradicant. Audiant isti maledictionē dei p pro-
phetam dicentis. Ue qui sapientes estis in ocul'
uestris ꝛ coram uobis metipsis prudentes. Audi
ant ꝛ cōminationeȝ Apostoli in epistola ad Ro
manos. His inquit qui ex contentione sunt ꝛ q̄
non acquiescūt ueritati: ira ꝛ indignatio ꝛc. Sȝ
his plane longe deteriores sūnt qui quadā ani-
mi amaritudine inuidieq̧ cruciatibꝰ excitati ue
ritatem passim negant: premunt ac persequunt'
ut tantū aliorum acta lacerēt et extinguāt. Hos
uocat Apostolus scribens ad Thimotheū: ho-
mines corruptos: mente reprobos: semper discē
tes: ꝛ nunq̄ ad scientiam ueritatis peruenientes.
Horum erat iugis pugna perpetuumq̧ certamē
cum nostro diuo Hieronimo ut ipse deplorat.
quos ab indefesso latratu et rabie persecutiōis:
canes uocare consueuit. sed ꝛ scriptura eos par
uulos. idest minores non gratis appellat dicens

Uirum stultum interficit iracundia ⁊ paruulum
occidit inuidia. neq; enim possum⁹ inuidere: ni
si eis quos nobis in aliquo maiores esse puta-
mus. ipse quisq; sibi testimoniuȝ perhibet q̄ eo
minor sit: cuius inuidie liuore torquetur. Cur
enim hostis ille antiquus primo homini inuidē
do surripuit: nisi quia amissa beatitudine: mi-
norē se mortalitati illi⁹ agnouit? Cur ⁊ Saul Da
uid strēnuum populi sui ducem persequebatur?
nisi q̄ eum magnis quotidie uirtutuȝ augeri suc
cessibus sensit? Habet hoc nimirum inuidie esta
antis uirus: q̄ cūcta que inuenerit bene gesta ali
orum inficiat ac consumit. Hec cum ita sint: non
mirentur ignari. neq; irati hostes ut ita loquar
insultent si diui Thome aquinatis probatas sen
tētias fideles atq; ueritate plenas: morsibus ob
trectatorum patere intelligūt. siquidē meminis-
se eos oportet id usu omnibus fere scriptorib⁹:
alia atq; alia rōne ut deductuȝ est euenisse. quod
multorum exempla cunctis apta satis probant.
Sed hoc unum admirentur magis q̄ cernant
doctrinam eius probatissimā tam multorum nō
niti q; uulgarium iaculis propulsatā nō extingui.
non euerti. aut uel in modico unq̄ infringi potu
isse. quod certe needum ingenij sui maximi argu
mentum est non exile: uerum q̄ e celo uim mētis
scribendiq; munus fide integerrimuȝ nactus sit.
Illud itaq; sibimetipsis obiciant latratores: q̄d
sancti doctoris dogmata magno ac excellenti in
genio uiri ut ipsi aiunt impugnauere. nā id utiq;
nō fecissent: nisi ei⁹ apud omnes summū fuisset
iudicium ⁊ uirtutis opinio: ut tāto sibi inde ma

iorem compararent triumphũ: si ꝗ quod eos se fellit ꝯ fortissimũ pugilem postrauissent. ex eorũ tamen oppugnatoib⁹: celeberrimũ apud mortales qui modo ceci non sunt aut ingrati: diuus aquinas nomen assecutus est. Horũ nuper magister Nicholaus de lira ⁊ quidem uir doctissimus inuentus est. qui cum ueteris ac noue legis postillator sederet: nonnulla sancti Thome theoremata corrigenda annotauit. Cui cũ dñs Paulus Burgeñ. episcopus se sancti doctoris defensorẽ offerret: magister Mathias prouincie Saxonie minister: acerrimus Nicholai surrexit propugnator. ⁊ nunc rationibus eius ut ipse putat: uires accõmodando. nunc nouis quibusdã argutijs adinuentis: sententias sancti Thome labefactare ac prope expugnare conatus est. Ego uero non ꝙ me maiorem aliis aut doctiorem existimẽ ꝗ neqꝫ enim uires meas ignoro: sed quo militie mee disciplinam pro ueritate tuenda cui me deuoui utcũqꝫ adimpleam: ceptum pro scõ Thoma adiui certamen. Hunc tamen mihi dũtaxat placuit imposuisse terminũ. ut ⁊ aduersantiũ ratiotinationes inualidas penitus ac ineptas ostẽderim. ⁊ sancti doctoris dogmata incõcussa probauerim ueritate subsistere. Burgeñ. uero bene dicta ⁊ q̃ causam sancti Thome tangere uisa sũt: in sortem meã suscepi. cetera que ad rem nõ pertinent quecunqꝫ illa fuerint uera aut falsa: intacta reliqui. Accipiet igit̃ dominatio tua Reuerẽdissima opus hoc mee in illam fidei ac Reuerentie locuples testimoniũ. cui id iure optimo dedicaui. Certo sciens nõ parũ illi ex tue dignitatis

splendore: momenti & roboris prouenturũ. Nã ut pretereã tue familie illustris antiquitatẽ. opes immensas. singularẽ potentiã que tibi cum paucis sunt cõmunia: animi tui magnitudo. rara probitas. uirtutũ ornamenta & omnis sciẽtie decus: te omni obsequio dignũ. teq; iudicẽ omniũ litteratum efficiũt. Qđ si in editione mea hec q̃d incident qđ nõ ad unguẽ ut aiunt fuerit elimatũ: pro ingenio tuo mirabili primas clarissime: castigationi non parcas. at mihi non satis perito: pro solita humanitate indulgeas. Sin autẽ labor meus tua gratia ac laude dign⁹ fiat: fructũ hunc ac premiũ spero & opto. ut amplitudo tua munificentissima in Diui Aquinatis honorẽ: libellum istum q̃ multos iubeat fieri Eneis litteris. Uale felix pontifex.

Circa librum Genesis.
Capitulo primo.

In capitulo primo libri Genesis super illud. Dixit autem deus: fiant luminaria ⁊c. Cum postillator iuxta expositionem littere secundū tertiā opinionem vellet probabile ostendere ac defendere ꝙ corpus solis factum fuerit quarta die ex nube lucida. que secū dum tertiam opinionem fecerat tribus diebus precedentibus diem ⁊ noctem: Improbat quā dam sancti Thome argumētationem. Ex prima parte questione.lxvij.articulo ultimo.ad secū dum inquiens. Nec ualet quod contra hoc obicit frater Thomas prima parte summe sue dicēs. ꝙ non potest conuenienter dici ꝙ in prima rerū productione aliquid sit productū satis cito corrumpendum. Ex quo concludit inconuenienter dici: solem factum ex illa nubecula.quia sic: fuisset corrupta. Non enim corrumpuntur ꝓprie loquendo de corruptione secundum perfectam eius rationem: que transmutantur in melius. ut dicitur in libro de generatione.sicut non dicunt elementa proprie corrumpi: quādo ex eis fit corpus mixtum. quia corruptio proprio modo dicta: est uia ad defectum. hic uero ad perfectum. illa autem nubecula erat quid imperfectum respectu solis. Ipse etiā Thomas incidit in id qđ reprobat. quia in opere quinte diei: dixit ꝙ aues ⁊ pisces facte sunt ex quatuor elementis. licet in

textu solum nominetur aqua. quod non potuit fieri: nisi per corruptionem formarum elementarium modo predicto. Hec postillator in forma.
¶ Ad quorum primum respondet Burgeñ. quod postillator falso imposuerit illud sancto Thome. cum per eam argumentationem quam postillator induxit: non improbet sanctus Thomas opinionem que corpus solis dixit esse factum ex nube lucida: sed aliam que prima fuit scilicet quod nubes illa: facto sole in preiacentem materiam redijsset. ad quam sequebatur nubeculam illam vere et proprie corrupi cum in rem viliorem mutata fuisset: scilicet in preiacentem materiam. quod autem ex nube lucida non fuerit formatum corpus solis. que tertia opinio recitatur a sancto Thoma: destruit per aliud medium. quia scilicet materia solis non potuit prefuisse sub alia forma: si ponatur sol secundum naturam corpus incorruptibile. Unde satis constat quod postillator non bene aduertenit dicta sancti Thome. Hec Burgeñ. et bene. et ad intentionem sancti Thome. ¶ Uerum magister Mathias ordinis fratrum minorum Saxonie prouincie minister egre ferens hic et ubique defensionem sancti Thome: putat quadam sophistica circuitione improbationem postillatoris non rectam: rationabilem ostendere dicens. quod improbatio tertie opinionis secundum sanctum Thomam innititur eidem medio quo prima opinio secundum eum destruitur. Probat hoc. quia ex obiectione sancti Thome contra tertiam opinionem: duo sibi videtur sequi. Primum est quod ex illa luce sine sui corruptione: corpus solis fieri non potuit. quia materia sol

non potuit preextitisse sub alia forma: sine corru-
ptione prioris. cuius forme corruptio non erat
conueniens. quoniam nihil fuit in principio con-
ditum: cito post corrumpendum. quod dicit
postillatorem in uerbis sancti Thome itime
spexisse. ¶ Secundum quod sequi uidetur inquit il-
le ex dictis sancti Thome est quod nulla materia
istis sub forma priori: potest esse sub forma po-
steriori nisi priori corrupta. Et ideo reprobat
tertiam opinionem quia forma solis specifica
formam lucis genericam non compatitur. pro-
pter quod ex luce non potuit fieri sol: nisi for-
ma lucis corrumperetur. quod est inconueniens
propter medium per quod prima opinio secun-
dum sanctum Thomam fuerat improbata. Hec
magister Mathias. ¶ Sed certe mirabile est quod iste
magister tam multas sibi texuerit inuolutiones.
tanquam extraneum habuerit intellectum: ubi san-
ctus Thomas plane aperuit mentem suam. Un-
de uidetur magistri huius tota deductio: qua-
dam extorsione pro sola uoluntate conficta. Quod
enim primo dicit utriusque opinionis improba-
tionem secundum sanctum Thomam eodem
niti medio: falsum est. Cum ambas non una sed
duplici argumentatione ac diuersa destruxerit.
Et ad eius probationem dicitur quod ex obiectione
sancti Thome contra tertiam opinionem: non
aliud sequitur. quam quod sanctus Thomas expresse
scilicet quod corpus solis non potuit formari de
lucula. Ad quam conclusionem utitur ea ratio-
ne durapat: quia materia solis non potuit esse sub
alia forma si ponatur corpus solis incorrupti-

le ⁊ non ex quatuor elementis. Nam inde seque-
batur q materia solis esset intransmutabilis. et
ita q non fuit primo sub forma nubecule. ⁊ per
consequens q ex ea non fuerit formatus sol. qr
nihil aliud est aliquid ex altero composito fieri na-
turaliter: q materia vnius primo fuisse sub for-
ma alterius vt habetur ex primo de generatione.
¶ Et cum magister Mathias dicit q in dictis san-
cti Thome includitur ista: materia solis non potuit
fuisse sub alia forma sine corruptione prioris: ve-
rum est. Sed est falsum q talem corruptionem fu-
isse in prima rerum productione: sit illud inconueni-
ens ad quod tertiam opinionem pretendit. s. Thome du-
cere. Nec corruptio prioris forme nubecule: est
medium aut fundamentum sue argumentationis. sed con-
ditio apposita de incorruptibilitate solis. et qua
sequitur materiam solis numquam fuisse sub forma
nubecule. aut sub alia forma. Et per consequens
q ex nube non fuerit formatus sol. Unde ex illa
conditione apposita. s. si ponatur corpus solis
incorruptibile: aperte monstratur q non fuerit
mens sancti Thome tertiam opinionem impro-
bare. per hoc medium videlicet qr nihil in prima
rerum institutione productum est: cito post corrumpen-
dum prout arguens somniauit. Alias: frustra adie-
cta fuisset illa conditio. quoniam ea apposita vel
non apposita: non minus probaret tale medium.
Nam si corpus solis factum esset ex nube lucida
prout dicit tertia opinio: nominus sequeretur nubecu-
lam corrumpi. ac per hoc aliquid in prima rerum productione
esse conditum satis cito corrumpendum. siue corpus sol
ex ea formatum corruptibile est: siue incorruptibile

Nihil enim ad illud propositum confert corru-
ptibilitas solis aut incorruptibilitas. Unde liqui-
do cōstat q̄ sanctus Thomas nō eodem medio
tertiam improbet opinionem quo et primam.
neq̧ idem incōueniens ex utraq̧ obiectione pre
tendit. Sed medium argumentationis eius con
tra tertiam opinionem: sumitur sicut dictum est
ex conditione adiecta sc; si corpus solis pona-
tur incorruptibile: ⁊ inconueniens ad quod de-
ducit tertiam opinionem: est implicatio contra
dictionis. Nam tertia opinione concessa: sequi
tur materiam solis primo fuisse sub forma nube
cule ⁊. per consequens subiectum transmutatio
nis. alias: non fuisset transmutatio naturalis. stā
te autem conditione scilicet corpus solis esse in
corruptibile ⁊ non ex quatuor elementis: sequi
tur materiam solis non primo fuisse sub alia for
ma neq̧ subiectum transmutationis. Nam incor
ruptibilium corporū: intrāsmutabilis est mate
ria secundum formas. ¶ Confirmatur ista quia
in questione de potentia dei. questione quarta
de creatione materie informis. articulo secundo
in ultima obiectione cōtra illud dictum scilicet.
q̄ ex nubecula formatū fuerit corpus solis: hac
eadem utitur argumētatione ⁊ non prima. inq̄t
enim sic. Sed contra omne illud q̄d fit ex mate
ria precedente: habet materiā talē in qua possi-
bilis est formarū successio. talis autē non est ma
teria solis nec alicuius celestium corporū eo q̄
in eis non est contrarietas. ut probatur in pri-
mo celi et mundi. ergo non potest esse q̄ ex illa
luce: postmodum formatum sit corp⁹ solis. Nec

sanctus Thomas. ¶ Ex supradictis satis videt ꝙ nec dum medullam aut intima in verbis san- cti Thome postillator non vidit: sed neqꝫ super ficiem eorum tetigerit. Ea autem que in defensi- onem postillatoris magister Mathias multipli cat ac involuit: figmenta sunt. que nec ex verbis sancti Thome: neqꝫ ex eius intentione proban- tur. ¶ Sed utrū in quolibet composito sint plu res forme substantiales: vel una tantum. qḋ ma gister Mathias tetigit: non est presentis nego- tii examinare. cum super hoc nullam fecerit in hoc passu sanctus Thomas mentionem. Est enim nostri laboris intētio ea que postillator ex dictis sancti Thome recitat improbanda: vera atqꝫ probata esse ostendere. obiectionesqꝫ in cō trarium pro nostra capacitate dissoluere. Unum tamen est ꝙ articuli Oxonie condemnati nō po terunt nos in hac parte deterrere. aut linguam vel calamum cohibere. ¶ Quod autem postil- lator secūdo subiūgit ꝙ scūs Thomas incidit in id qḋ reprobat: q̄c̄q̄ꝫ nō repugnet improbationi sancti Thome ꝯ tertiā opinionē: q: tū obiectiōi ei⁹ ꝯ ꝑmā opinionē videret obsistere: Respōdet Burgeñ. ꝙ scūs Thomas ī ea argumētatōe nō im probat ꝙ in prima rerum institutione ex aliquo natura produceretur species alia. sicut herbe et plante ⁊ aues ⁊ pisces ex quatuor elementis. sed dicit esse inconueniens ꝙ aliq̇d tunc factum fue rit: quod postea esse desierit secundum totum. ut ꝙ totum unum elementum: aut alia queuis species: producta fuisset et post modicum de- sineret esse. Hec Burgeñ. ¶ Et quāuis solutio

ista probabiliter sustineri posset: dicit tamē me-
lius ꝛ magis ad intentionem sancti Thome. fal-
sum esse: ꝙ sanct⁹ Thomas inciderit in id quod
improbauerat: Nam in productione herbarum
et plantarum aut auium ꝛ piscium ex quatuor ele-
mētis quā posuit sanctus Thomas: nulla fuit fa-
cta corruptio proprie dicta. cū ibi fuerit genera-
tio perfectioris ex imperfectiori. que transmuta-
tio nec est: nec a sancto Thoma reputat corru-
ptio ꝓprie dicta: sed mutatio quedam in meli⁹
que non repugnat prime rerum institutioni. Qđ
expresse sanctus Thomas docet in hoc ꝓposito
prima pte. q. lxxij. de opere septe diei. ad quin-
tū inquit enim. Ad quintū dicendum: ꝙ cū gene-
ratio vnius sit corruptio alterius: ꝙ ex corrupti-
one ignobiliorum generentur nobiliora: non repu-
gnat prime institutiōi rerum. Unde animalia que
generant ex corruptione rerum inanimatarū vel
plantarum: potuerunt tunc generari. non autē que
generantur ex corruptione animaliū: tunc potue-
runt produci: nisi potētialiter tantū. Hec sanct⁹
Thomas in forma. Unde contra primā opinio-
nem que posuit nubeculam in preiacentē materi-
am redijsse formato sole: recte utitur sanct⁹ Tho-
mas illo medio. quia scꝫ in prima rerum institu-
tione nihil fuit productum postea corrumpēdū
Nam ibi fuisset corruptio in minus perfectū: scꝫ
in preiacentem materiam: que corruptio repu-
gnat ꝑme rerū institutioni. Sed contra tertiam
opinionem que posuit transmutationem ex nube
lucida fieri in melius: scꝫ in corpus solis: nō eo
medio tanꝙ insufficienti. sed alio usus est argu-

mentatione. quare obiectio postillatoris non est ad propositum sicut supra deductum fuit.

Circa capitulum quartum.

In capitulo quarto. cum Burgen. induceret contra quandaz Hebreorum expositionem. Unū satis notandū ex uerbis sancti Thome secūda secunde questione. xciiij. articulo ultimo. ad secundum. q in prima etate non fuit ydolatria propter recentem memoriam creationis mundi. ex qua adhuc uigebat cognitio unius dei; magister Mathias qui doctrinam sancti Thome nouit sponte declinare: dicit dubiam esse hanc ipsius sententiā. Cum tamen postillator non modo hic contrariā nō tenuerit quin expositionem Hebreorū quorundā opinatiue recitauerit: Sed et expresse eā sententiā sancti Thome recitat in disputatione sua quam edidit utrum ex scripturis receptis a Judeis possit efficaciter probari saluatorem nostrum fuisse deū et hominem. quaz dicit haberi ex quadā traditiōe apud Hebreos auctentica: nec tamen tali sententie cōtradicat: sed magis eaz uidetur approbare. Inquit enim dictus magister Mathias. nec sm dictum est ita certum quin sententia magnorū patiat instantiam. Nec ratio sancti Thome ad id cogit. quia si memoria recens creatiōis mundi exclusit ydolatriam per mille et plures annos: memoria seuere punitiōis per diluuiū debuit excludere ad huc per plures annos. certum tamen est q cito post diluuium defluxerunt ad ydola homines. Nec magister Mathias. ¶ Sz ad ista respōdet

ꝙ ꝛ si dictum sancti Thome quorūdā ut Hebre
ozum patiatur instantiam: probabilius tamē est
ꝛ uerius ꝙ eoꝝ opinio cōtraria. sacre etiam scri
pture magis est consonū. tum quia ex textu Ge
nesis a creatione mundi usq; ad diluuium: nulla
de ydolatria facta reperit̃ mentio. Cum tamē de
homicidio. inuidia. atq; alijs uitijs minoris gra
uitatis: homines pme etatis expresse notētur.
Non enim est uerisimile ꝙ de ydolatria grauissi
mo peccato subticeret̃: alijs uitijs cōmemora
tis. ¶ Cum etiā quoniā ydolatria ab ydolis no
mē ducit. que ut magister histoziarū refert in se
cūda etate post diluuium exorta sunt a Nino re
ge Assiriozum. uel ut alijs placet a Neroth: qui
cogebat hoīes adorare ignem. Unde ysidorus
libro septimo Ethimo. ait. Neroth interpretat̃
tirannus. iste enim prior arripuit insuetam in po
pulos tirannidem. ꝛ ipse aggressus est aduersus
deum impietatis edificare turrem. In eam etiam
sententiā satis uidetur declinare Augustin⁹. xvj
de ciuitate dei caplo. x. inq̄t enim. Cū ergo que
rimus in illis septuagintaduabus gentibus ciui
tatem dei: non possumus affirmare illo tempore
quo erat illis labium unum. idest loquela una:
tunc iam genus humanum alienatū fuisse a cul
tu ueri dei. ita ut in solis istis generationibus pi
etas uera remaneret: q̄ descendūt de semine Sem
per Arphaxat et tendunt ad Abraham. Sed ab
illa superbia edificāde turris usq; ad celum qua
impia significat̃ elatio: terrena apparuit ciuitas.
hoc est societas impioꝝ. Hec Augustin⁹. ¶ Et
cōfirmat̃ preterea. q̄m scriptura uolēs assignare

causam tante cladis totius .s. perditionis hūane
per diluuiū: vitia hominibus obiecit carnalia di
cens. Uidētes filij dei filias hominū ꝛc. ꝛ seqꝰ.
Dixitqȝ deus. Nō permanebit spiritꝰ meꝰ in ho
mine in eternū quia caro est. i. vitijs carnalibus
illectus. Sed verisile est ꝙ potius obiecisset illis
scriptura pro ratione tāte pene inferende: pctm̄
ydolatrie grauissimū si tūc fuisset. ¶ Ad obiecti
onem autē argumētis ꝯ rationē sancti Thome di
cit ꝙ nō est sile. quia memoria ꝛ cōsideratio cre
ationis vniuersi per se arguit vnitatē dei creātis.
Ac eius summā perfectionē ꝛ bonitatē et excellē
tiam sup omnes creaturas ac per hoc ꝙ sibi de
bitus sit cultus latrie. Unde ꝛ philosophi natu
rali ratiōe ea de deo cognouerunt ex cōsideratio
ne ordinis vniuersi ꝛ sue institutionis. Memoria
autē punitiōis seuere: nō ita directe ꝛ de per se p
bat deū vnū summe bonū atqȝ eius naturā pfe
ctissimā sup oēs creaturas. Cū pene in q̄tū hu
iusmodi a mala causa ꝛ a pluribꝰ infligi possint.
ꝛ presertim in hominibꝰ secūde etatis potuit me
moria illius punitionis nō esse sufficiēs ad exclu
dendū ydolatriā: qꝛ intellectus hominū tūc ma
gis erat obtenebratus q̄ȝ in prima etate. tū ex ma
iori elongatione a prima nature puritate. tum ex
assiduitate peccādi. Unde ꝛ cā circūcisionis da
te tpe Abrahe ꝛ legis late tpibus Moysi: assig
natur a doctoribus obtenebratio mētis hominū
ex vetustate peccādi ꝛ distantia naturalis ratiōis
a pmo sui vigore. ¶ Habuerūt etiā hoies prime
etatis auxiliū magnū quo in cultu veri dei persi
sterēt doctrinā .s. Ade qui plene instructus erat

in naturalibus et diuinis. Uixit enim Adā p me
dium tps fere pme etatis sm cōputotionē Hie
ronimi. cui successit sextus ab eo Enoch vir iu//
stissimus. cuius filius Matusalem mortuus ē pro
ut Hieronimus refert eodem anno quo diluuiū
mundauit. atq; ita doctrina Ade: de cultu vni⁹
dei: faciliter potuit disseminari per totam pmam
etatē ante diluuiū. ¶ Et preterea memoria recen
tis creationis fuit memoria beneficij suscepti. q̄
naturaliter trahit beneficiatū in amorē et recog//
nitionem benefactoris sm quem modū dicit Di
onisius. iij. ca. de diuinis noibus. q̄ deus omnia
in se conuertit tanq̄ omniū causa. que recogni//
tio principaliter consistit in exhibitiōe debiti cul
tus. s. honoris et reuerentie. Unde ore dei dicitur
mala. primo. Si ego pr̄: ubi honor meus? Quia
sc; pater habet rationem principij. Sed memo//
ria punitionis: directe et per se inducit timorem
seruilem. qui et si quandoq; manū cohibeat: mē
tem tamen directe et per se non reformat. ymo si
fuerit excessiuus: impedit rōis iudiciū et act⁹ vo
luntarios causat suo mō. Uñ nimiz si mēoria seue
re punitiōis p⁹ diluuiū: nō sufficiēter cohibue//
rit hoies secūde etatis ab ydolatria quēadmo//
dū mēoria creatiōis recēs hoies etatis pme. Pre
serti cū de⁹ assecurauerit federe sempiterno Noe
cū tota posteritate dicēs. Ecce ego statuā pactuz
vobiscū et cū semine vr̄o p⁹ vos et ad oēm aiam
viuētē q̄ ē &c. Seq̄t. et neq̄ ultra interficiet' oīs
caro aq̄s diluuij. nec erit deicepa diluuiū dissi//
pās oēm terrā. H⁹ eni pmissiōis cōfidētia: potu
tuit eē occasio q̄ mēoria seuere punitiōis fēe per

diluuium nõ satis retraheret hoies secũde etatis ab ydolatria.

Circa capitulum.xxv.

N ca.xxv.vbi i replica 5 Burgẽ.magister Mathias dicit.nec pt Burgeñ.pbare intẽ tũ suũ p sem tho. qz pcedit p ypothesim q̃ nõ cõcedit: Aduertẽdũ ẽ q nec scũs tho.illaz cõcedit ymo magis in rei veritate negat. Inquit eni sic pma secũde.q.ci.ar.ij.ad scdz. Ad secundũ dicẽdũ. q rõ illa pcederet si cerimonialia p̃cepta eẽnt data solũ ad figurãdũ futurũ.nõ autẽ ad presentialiter deũ colẽdũ.Vñ z i corpore eiusdẽ articli hec fuerat sci Tho. determinatio q cerimonialia ueteris legis nõ solũ habuerunt cãm figuralẽ: sz etiã litteralẽ.s.cultũ dei p tpe illo.

Circa capitulum.xlvij.

N ca.xlvij.cũ Burgeñ.circa cõtractus Joseph induceret ex doctrina sci tho.secũda secũde.q.lxxvij.ar.i. q in emptõe z vẽditione equalitas iusticie obseruãda ẽ 5 quo ddaz postillatoris dictũ.s.q tm ualet res q̃tũ vẽdi potest: Magister Mathias iqt. Sz ego cũ postillatore uerius puto q in cõmutatius iusticia equalitas sm naturam seruari non possit quicq̃d dicat scũs tho.p Burgeñ. allegat⁹. qz totũ aurum mũdi sm naturã nõ ualet unũ equũ.cũ tñ in ordine ad hũanos usus modicũ auz ualet magnũ equũ. Hec ingr̃ Mathi. cũ alijs q̃ ad hoz decla

rationem subiungit. ¶ In quibus uerbis dupli
ci reprehēsione dign⁹ ħet. Primo qr ex mō suo
loquēdi videt᷑ significare ꝙ scūs Tho. aliqñ dix
erit. aut in loco preallegato senserit: ꝙ in cōmu
tatiua iusticia obseruanda sit equalitas ſm natu
rā rei specificā. Cū tamē hoc sit manifeste falsū.
Primo 3rium huius docet eadē q̄stione arti. secun
do ad tertiū inquit enim. Ad tertiū dicēdū ꝙ si
cut Augustinus dicit .xi. de ciui. dei: preciū rerū
venaliū nō cōsiderat᷑ ſm gradū nature cū qñqz
pluris vendat᷑ vnus equus q̄ vnus seruus. Sed
cōsiderat᷑ ſm ꝙ res in vsum hominis veniūt. Et
ideo nō oportet ꝙ venditor vel emptor cogno
scat occultas rei vendite qualitates. sed illas so
lum per quas reddit᷑ hūanis vsibus apta. puta
ꝙ equus sit fortis ⁊ bene currat. ⁊ silr in ceteris.
Has autē qualitates: de facili venditor ⁊ emptor
cognoscere possunt. Hec scūs Tho. i forma vbi
expresse tenet ꝙ preciū in cōmutatiua iusticia nō
consideret᷑ ſm gradū nature rerū. Patet ergo ꝙ
modus loquēdi huius magistri fuerit ex falso in
tellectu quē habuit in uerbis sci Tho. ⁊ vtinam
nō ex malo affectu. ¶ Itē secūdo videtur ꝙ iste
magister ꝓpriā vocē ignorauerit. nā dicit ꝙ eq̄
litas in cōmutatiua iusticia que est in cōtractib⁹
nō seruat᷑. sed ꝙ ꝑ rationē iusticie mēsurat᷑. q̄d
enim aliud est ſm ratiōem iusticie res mēsurari:
q̄ in earū cōmutatione equalitatē seruari? Certe
nō aliud. neqꝫ ex diffinitiōe Aug⁹. quā pro se in
ducit aliud habet᷑. vt patet recte eā cōsideranti.
Sed vt mihi videt᷑ putat magister Mathias ꝙ
q: in cōmutatiua iusticia mensurantur res consi

derata qualitate tempor̄u. locorum. ac dignita-
tis rerum in respectu ad usum hominū: q̄ ideo
in ea non obseruat̄ equalitas. in quo plane de-
cipit̄. quia p̄mo non eēt iusticia cōmutatiua: si
illa omnia nō cōsiderarētur ꝛ singula que digni
tatem aut valorem rerū exaugent. nec ē aliud eq̄
litatem in iusticia cōmutatiua seruare: quam ſm
omnes illas circūstantias res commutabiles cō
mensurare. Unde scūs Tho. secūda secūde in q̄-
stione preallegata arti. secūdo. ad secūdū sic di
cit. Ad secūdū dicēdū q̄ mensuras rerū venaliū
necesse est in diuersis locis esse diuersas p̄pter di
uersitatem copie ꝛ inopie rerū. q: vbi res magis
abundāt: consueuerunt esse maiores mēsure. In
vnoquoq̄ tamen loco ad rectores ciuitatis per-
tinet determinare que sunt iuste mensure rerū ve
naliū pensatis conditiōibus locoꝝ ꝛ rerū. ꝛ ideo
has mensuras publica auctoritate vel consuetu
dine institutas: preterire non licet. Hec sanctus
Tho. Ex quibus etiam accipit̄ verus intellectus
eius prouerbij legalis quod postillator introdu
cit. s. q̄ tantū valet res quantū vendi potest. Nō
enim est verum si intelligat̄ q̄tum vendi potest
de facto ꝛ beneplacito cuiuscū q̄ vendentis. Sꝫ
quantū vendi potest de iure. s. seruata institutio
ne publica auctoritate aut consuetudine firma-
ta. Unde ꝛ si quis nō cogatur ad vendēdū rem
suā: tñ si vendere vult: formā iuris ꝛ regulā iusti
cie debet seruare ꝛ equitatis. Quod ꝛ si licitū sit
emptori ꝛ venditori se inuicē decipere infra di-
midiū iusti precij ſm legem ciuilem que non po
tuit prohibere quicquid est cōtra virtutem: lex

tamē diuina que nihil impunitum relinq̄t quod
sit uirtuti ɔ̄riū: illicitum reputat si in emptiōe et
venditiōe equalitas iusticie nō feruet. Facit ad
hoc glo. notabil. x. q. ij. Docius. vbi dicit q̄ si
in venditione plus offerat q̄ res ualeat: ecclesia
nō debet recipere. sed tm̄ iustum p̄cium. Nā ec-
clesia in suis cōtractibus nō debet dolū facere.

Circa capitulū nonū libri Exodi:

N ca. ix. libri Exodi Burgeñ. ɔ̄ postillato
rē allegat scm̄ tho. dicentē secūda secūde
q. lxxxiij. ar. ij. q̄ cū actus hūani sint cau-
se quorūdam effectuum: oportet homines age-
re aliqua ut per actus suos impleant quosdā ef-
fectus s̄m ordinem a deo dispositum. ¶ Ubi ma
gister Mathias uolens postillatoris dicta defen
dere inquit. Sed ꝛ illud q̄ Burgeñ. ex dictis sci
tho. secūda secūde. q. lxxxiij. applicat p̄posito:
Videt minus catholice dictū. videlicet q̄ ex or-
dinatione diuina oportet hoīes agere ut effect⁹
a deo instituti impleāt. Nā ex eo sequit in ma-
teria p̄nti: q̄ Pharaoni peccatū obstinatiōis im
putari nō debet. Quia s̄m hoc: oportuit eū esse
causaȝ diuine glorificatiōis si causaliter teneri de
beat: ut vult Burgeñ. Hec magister Mathias cū
aliis que ad huius declarationem cōtra Burgeñ
subiungit. ¶ Sȝ salua pace sua certe uerius ac ho
nestius potuisset loqui si dixisset. q̄ Burgeñ. in-
epte ꝛ extra mentem sancti thome dicta eius in-
troduxerat. Nam illa de se ꝛ in proposito sancti
Thome uerissima sunt ꝛ catholice fidei omnino

cōsona. ymo dicere contrarium esset ordinē cau
sarum qui optimum est in vniuerso destruere ꝗ
enim diuine prouidentie effectus exequūtur: dei
sapientiam commendabilem reddunt que eo ip
so ordine disponit omnia suauiter prout dicitur
Sapientie septimo. ¶ Esset etiam aperte contra
sacram scripturam. Dicitur enim ps. cij. Benedi
cite domino omnes uirtutes eius ministri eius ꝗ
facitis uoluntatem ei⁹. Et ps. cxlviij. Ignis gran
do nix glacies ꝛ spiritus procellarum que faci-
unt uerbum eius: facere uoluntatem aut verbuꝫ
dei: est facere aliquid unde effectus dei implean
tur sm ordinem a deo dispositum quod erat di
ctum sancti thome. ¶ Esset preterea 3rium hui⁹
ab humanis actibus meriti rationē auferre ꝛ fru
ctum orationis nostre negare quod est erroneū.
non enim actus hominis meritorie sunt uite eter
ne: nisi quia causa sunt ꝛ per eos impletur diui-
na preordinatio de salute hominum. nec oratio
nes efficaces sunt ꝛ fructuose: nisi quia p eas im
pletur quod bonitas diuina disposuit precib⁹
ꝛ orationibus cōdonare. prout Gregori⁹ dicit.
Unde ꝛ secūda petri primo dicit. Quapropter
fratres magis satagite ut per bona opa: certā ve
strā vocationē ꝛ electiōeꝫ faciatis. ista autē bona
opa eē ab eterno pordinata a deo vt p ea uoca-
tio ꝛ electio scōꝝ impleat: null⁹ fideliū dubitabit.
¶ Uerū ē ꝙ Burgeñ nō rcē applicat ad ꝓpositū
suū dictū sci tho. qd ī se uerissimū ē ꝛ catholicū.
Quia scūs tho. loqt̄ d actib⁹ hūanis positiuis.
nō de actib⁹ pctōꝝ. ꝗ in ꝗtū culpabiles sunt: a
deo nō ordināt̄ vt fiat. sꝫ fieri ꝑmittūt̄. Cōmissa

tñ pctã puersa hominũ volũtate: verum ē q̄ a deo ordinat̃ p penã. ⁊ q̄ ista fuerit doctrina sci Tho. loquẽdo de actib⁹ pctõꝝ: et plurib⁹ locis pbat̃. Nã pma pte. q. xxiij. arti iij. ad secũdũ inquit sic. Ad secũdũ dicẽdũ q̄ aliter se hẽt reprobatio in causando q̄ꝫ pdestinatio. Nã pdestinatio est cã ⁊ eius quod expectat̃ in futura uita in predestinatis. s. glĩe: ⁊ eius quod pcipit̃ in pñti scꝫ grẽ. Reprobatio vero nõ ē causa eius quod ē in presenti. s. culpe. sed est causa derelictõis a deo Est tamen cã eius quod reddit̃ in futuro. s. pe ne eterne. sed culpa pueniit ex libero arbitrio ei⁹ qui reprobat̃ ⁊ a grã deserit̃. Et fm hoc verificatur dictũ pphete. s. pditio tua ex te israel. Hec sanctus Tho. Eandẽ sententiã tenet ꝯ genti. cap. clij. ⁊. cliij. Idẽ dicit ⁊ in hoc pposito sup eplas pauli sup illud. Dicit autẽ scriptura pharaoni. Ro. ix. Ait enim. Aliter suscitat de⁹ ad bona. aliter ad mala. Nã ad bona: inclinat hominũ volũtates directe ⁊ per se tanq̄ꝫ actor bonorum. Ad malũ autẽ: dicit̃ inclinare vel suscitare hoĩes occasionaliter in q̄ntũ. s. deus homini aliq̄d pponit vel interius vel exterius quod q̄ntũ ē de se: inductiuũ est ad bonũ. sed hõ pp̄ter suã maliciã peruerse utit̃ ad malũ. Job. xxiiij. Dedit ei deus locũ penitentie. ⁊ ille abutit̃ in supbia. Hec ibi sanctus Tho. Et parũ . ĩ. cõcludit ad ppositũ nostrũ dicens: ⁊ hoc mõ circa pharaonẽ accidit. q̄ cũ a deo excitaret̃ ad regni sui tutelã: abusus est hac excitatione in crudelitatẽ. Hec scũs Tho. ⁊ infra super illud Apostoli. Et quẽ vult indurat. Inquit. Nõ dicit̃ indurare quasi imitendo mali

ciā: sed nō apponēdo grām. ¶ Erubescat ergo magister Mathias uolēs quadā dissimulatione culpabili: ineptā Burgeñ. applicationē in bñdicta sci Tho. retorquere. Sz et in fine replice sue ō Burgeñ. ubi dicit. Unde si dictū sci Tho. ueritatē habere posset in positiuis: verius plane dixisset et si dictū sci Tho. in positiuis ueritatē habere necessario. prout ex supradictis satis constat.

Circa capitulum vigesimum.

In capitulo. xx. Burgeñ. in magna sua digressione introducit quādā sci tho. assertionē de preceptis dilectiōis dei et pximi. quā dicit ipse nō plene satisfacere questiōi sue. sz de intellectu verbor sci tho. et qz p ea satis dicat ad questionē: vide infra Leui. ca. xix.

Circa capitulū vigesimūtertium.

In ca. xxiij. sup illud. Insontē et iustū non occides: postillator recitat verba sci tho. secūda secūde. q. lxiiij. ar. vj. Ad tertiū dicentia. qz cū innocēs per falsos testes cōuincat: iudex non debet eū interficere si sciat eius innocentiā. sed diligentius examinare testes. ut inueniat occasionē liberādi innoxiū. Si autē hoc nō pōt: debet eū remittere ad superiorē. Si autē hoc nō pōt: nō peccat sm allegata sentētiā ferens. qz ipse nō occidit innocētē: sed illi qui eū asserunt nocentē: ¶ Cōtra quā sniaz Inqt sic postillator.

Solno tñ meliori iudicio videt̃ ɔ̃riũ. qꝛ dicit Augustin⁹ li. de libero arbi. Quo apud diuinã ꝓuidentiã a pctõ liberi sunt q̃ ꝓ his reb⁹ q̃s contẽnẽ oportet hũana cede polluti sunt. q. d. nullo mõ. Et ꝑ res cõtẽnẽdas intelligit Aug⁹. oĩa illa que hoĩes inuiti amittere pñt. Inter q̃s est uita corporalis. ⁊ multo fortius dignitas tp̃alis q̃cũq; ⁊ potestas iudicãdi. Hec postillator. ¶ Ad q̃ rñdet Burgeñ. q᷑ auctoritas Augustini ꝑ postillatorẽ allegata: nõ ɔ̃riat̃ determinatiõi sci tho. Nam ferre sentẽtiã mortis ɔ̃ eũ qui cõuincit̃ in iudicio per testes diligẽter examinatos: nõ ẽ peccatũ. licet sciat̃ a iudice innocenter cõdemnari. Unde ꝓpter hoc nõ ẽ dimittenda dignitas tp̃alis. Hec Burgeñ. ⁊ bñ. q᷑ autẽ sentẽtiã ferre ɔ̃ talem nõ sit pctm̃: declarat Burgeñ. per ea q̃ scũs tho. dicit in parte supra allegata. q. lxvij. ar. ij. in corpe q̃stiõis. vbi pulcre deducit q̃ rõe iudicare ꝑtineat ad iudicẽ ſm q᷑ fungit̃ publica potestate ⁊ nõ ſm id q᷑ ipse nouit tanq̃ᷓ priuata ꝑsona. ¶ Sed contra rationem Burgeñ. simul etiã ɔ̃ distinctionẽ quã scũs tho. facit de priuata ⁊ publica ꝑsona in iudice: instat magister Mathias dicẽs. Sz Burgeñ. cõiter pro scõ tho. certamẽ assumẽs: Hic nõ plus dicit q̃ scũs tho. in locis allegatis ꝑ ip̃m ⁊ postillatorẽ. Sed ad auctoritatem btĩ Augustini ꝑ postillatorẽ allegatã: minus cõuenienter dicit. Nã ſm declaratiõem postillatoris manifeste cõcludit̃ ɔ̃ positionẽ sci tho. ⁊ cõiter iuristarũ. Quis enĩ in cõiter accidẽtib⁹ iudicandũ sit ſm allegata ⁊ ꝓbata: nullo tñ iure cautum est. ymo diuino iure ꝓhibitũ: iudicare ɔ̃ agnitã

ueritatem. nec uidere meo ualet illa distinctio
q iudex duplicem personam dicit .s. priuatam et
publicam. nam si priuata peccat: publica nō excu
satur nisi sit manifesta lex que eam excuset. Non
est autem lex puto humana nec diuina que dicat
iudicandum contra ueritatem agnitam. Non vi
detur igitur aliqua lex excusans sic iudicantem.
Dicit magister Mathias in forma. ¶ Sed mihi vi
detur q sufficienter responsum fuerit ad aucto-
ritatem Augustini per ea q̄ Burgen. ex verbis sci
thomae induxit diffuse. Sed ut magis in speciali ad
singula descendamus: dicit q btūs Aug⁹ loqt
in casu quo iudex contra iura aut ordine iuris p
uerso: ferret sententiā ꝯ innocētē timore aliquo
mundano agitatus. ne .s. vita corporali. faculta-
tib⁹. dignitate aut potestate iudicādi puet. Pa
tet hoc cum dicat. qui pro his rebus quas con
temni oportet. Sed ubi iudex ferret sententiam
contra innocentē p testes sufficiēter examinatos
conuictum: non habens ad superiorem recursū.
nec aliud quod agat sm iura: nō id faceret pro
his rebus tpalibus cōtēnendis. sed zelo coactus
legū obseruādarū sm q̄s tenet ex debito officij
sibi cōmissi iudicare et quas nō licet ei preterire.
Et in tali casu loquitur scūs thomas. Unde au-
ctoritas Augustini nō ē ad ppositū. Et cū dicit
magister Mathias q nullo iure cautū ē pmo di
uino iure phibitū iudicare ꝯ agnitā ueritatē: di
co q si intelligat ꝯ ueritatē in forma iudicij agni
tam seruato ordine iuris scilicet per leges pu-
blicas diuinas uel humanas. et per instrumen-
ta testesq legitimos ac diligenter examinatos:

verū est. Sed nō militat cōtra scūm Tho. Nam in ꝓposito suo iudex ferens cōtra innocentē sententiā: non iudicat contra veritatem sibi agnitaȝ isto modo: ꝓmo ſm veritatē sibi agnitā in forma iudicij. Si vero intelligat cōtra veritatem sibi agnitā aliter ꝙ in forma iudicij. i. ſm ꝓpriam cōsciētiā ⁊ tāq̄ priuate persone: falsum ē quod dicit. Nā lege diuina nō inuenit̄ ꝓhibitū eē iudicibus tale iudiciū ⁊ legibus hūanis est cautū ꝙ disponunt iudices iudicare ſm allegata ⁊ ꝓbata. vt lege ciuili. ff. de offi. presi. illicitas. §. veritas. lege canonica. ij. q. i. vnus ex uobis. ⁊ caplo Deus ōipa. iij. q. vij. Iudicet. vbi Ambrosi⁹ dicit bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit ⁊ ꝓposito domestice voluntatis. sed iuxta leges ⁊ iura pronūciat. statutis iuris obtēpat nō indulget ꝓprie voluntati. nihil preparatū ⁊ meditatū de domo defert. sed sicut audit: ita iudicat. obsequit̄ legibus: nō aduersat̄. examinat cause merita: nō murat. Nec Ambrosius ubi glo. tenet ꝙ etiam si conscientia iudicis nō cōcorder: pōt nō delegare cām. sed determinare ſm allegata. q2 aliud facit aliquis in eo ꝙ iudex est; aliud ī eo ꝙ homo est. Ad quod facit. vj. q. iij. si tm̄ eps. extra de offi. iudi. or. si sacerdos. ⁊ multū apte de offi. ⁊ po. iu. dele. pastoralis. §. q2 nero. vbi glo. dicit super verbo. tenet̄ eandē. cōtra Hugonē ⁊ eius seq̄ces qui dicūt. ꝙ iudex nō debet ferre sentētiā ſm allegata si hēat cōsciētiā lesam in contrariū. Nec glo. Cū antē dicit magister Mathias nō sibi videri ꝙ valeat distinctio scī Tho. de duplici psona iudicis publica. s. ⁊ priuata; dico ꝙ ⁊ si sibi

nō videat forte obcecatus passione: non sequit rectā nō esse ɀ iuris satis ꝓbatā. nam illa expsse habet in glo. supra allegata. iij. q. vij. Judicet. Eā etiā distictōnē facit Aug. ad Bonifaciū cō- mitē. ɀ hētur. xxiij. q. iiij. si eccla. in fine. Ea etiaʒ distinctōe de duplici vnius hominis psona i. ꝙ vnus duplici fungat persona: vide capitulū su- pra allegatū. si sacerdos. in fine. Unde nō debe- ret videri isti magistro distinctio sancti Thome quasi noua quedā adinuentio. Et cū arguit con- tra distinctiōem ꝙ si priuata psona peccat: pu- blica nō eximit. dicit ꝙ posito sed non cōcesso ꝙ persona priuata peccaret in casu nr̄o: ipse si- bi respōdet dicēs. nisi sit manifesta lex que eā ex- cuset. quod est in ꝓposito prout supra dedu- ctū fuit. Et tamē nō est verū ꝙ i casu sancti Tho- me priuata psona peccat. qm̄ illa nō occidit aut iudicat innocentē cū nō habeat iudiciariā pote- statē super eum.

Circa librum Leuitici. Capi. pmo:

In capi. primo Leui. sup illud. ponetq̧ su- per caput hostie man⁹: Burgēs. ꝯ postil- latorē aī. per hāc manuū impositionem potius videt denotari ꝙ hō offerens illud ani- mal esset dignus occasione pro suis peccatis ꝙ loco illius illud animal oblatum vel immolatuʒ occideret. vt in pma secūd. q. cij. ar. iij. ad quī- tū. ¶ Cōtra quē magr̄ Mathias inq̄t. Cū postil- lator exponeret ipositiōem manuū offerētis sup

caput hostie: Burgeñ. allegãdo scm̃ tho. dicit ꝗ
lã impositionẽ pot⁹ debere intelligi ꝗ hõ offe-
rẽs: se prestet ꝑ peccatis suis dignũ morte. ⁊ ꝗ
ꝑ occasionẽ aialis ꝑ ipm oblati: vita eius redime
ret. sed ista expositio est falsa ⁊ ꝯ glo. ordinariã
dicentẽ ⁊c. Hec magister Mathias. ¶ In quib⁹
uerbis plane cõuincit ꝗ neqꝫ scm̃ Tho. legit: ne
qꝫ dicta Burgeñ. bñ aduerterit. Nã scũs tho. i lo
co supra notato: nullũ de impositiõe manuũ of
ferẽtis sup caput hostie uerbũ fecit. neqꝫ Burgẽ.
super expositiõe huius impositionis manuum:
allegat scm̃ Tho. sed in confirmationẽ ei⁹ quod
secundo subiunxerat. s. ꝗ loco hominis qui pro
pctis suis dignus erat morte: aial oblatũ uel im
molatum occideret. De ipa eni occasiõe aialis ꝑ
dse locutus est scũs tho. in eo loco: nõ de manu
um impositiõe. Et intelligẽda sunt uerba sancti
tho. nõ ꝗ aialis occasio semper offerentẽ dignuꝫ
morte significaret: sed qñ ꝑ peccato offerebat᷑.
Nã ⁊ in eodẽ ar. in solutione. ad. viij. distiguens
triplex sacrificiorum genus: dicit ꝗ holocaustũ
quod totũ cõburebat᷑: offerebat᷑ dõ specialiter
ad reuerentiam maiestatis ipsius. ⁊ in amorẽ bo
nitatis eius. ⁊ tertium sacrificiũ quod hostia pa
cifica uocabatur: deo offerebatur uel ꝑ gratiaꝝ
actione: uel pro salute ⁊ prosperitate offerentiũ.
⁊ tamen utrobiqꝫ animal oblatũ occidebat᷑. Unñ
credere ꝗ fuerit magistro Mathie occasio dece-
ptiõis ꝗ Burgeñ. utrũqꝫ. ⁊ de manuũ impositõe:
⁊ de aialis oblati occasiõe: sub uno orõis contex
tu posuit. Sed si legerat scm̃ tho: singula singul᷑
adaptarat.

Circa capitulū decimūnonū.

In ca.xix. sup illud. Locut⁹ ē dñs ad moysen. Burgeñ. ꝗ plurimis uerbis egit ad declaratiōem coꝝ q̄ hoc in loco supaddūt ad explicāda uel pfecti⁹ adiplēda pcepta decalogi. Ex q̄b⁹ quasi inmedio digressiōis īfert. ꝙ pceptum de dilectiōe pximi put in lege diuina tradit: nō ē de pceptis iuris naturalis pmo p se notis. Cuius tñ d'rium dicat ipse scm tho. sensisse pma secundo. q. c. ar. ij. ad pmū ubi dixit. ꝙ precepta de dilectiōe dei ⁊ proximi: sunt pma ⁊ coia legis nature q̄ sunt p se nota rōi humane uel per naturā uel p fidē. Confirmat Burgeñ eam fuisse sancti Thome positionem: ex eadem. q. articulo .j. ubi sanctus thomas dicit ꝙ quedā sunt preceptа rectissima ⁊ adeo manifesta: ꝙ editiōe nō indigent. sicut mandata de dilectione dei ⁊ proximi. Unde admiratur Burgeñ. ut ipse inquit. ꝙ sanctus Thomas talem dederit in loco allegato doctrinam. ¶ Sed certe maiori admiratione dignum uidetur ꝙ Burgeñ. talem in uerbis sancti thome habuerit intellectum ꝙ scilicet illa duo precepta de dilectione dei ⁊ proximi prout Deutronomij sexto et Mathei vigesimosecundo data sunt: sunt prima et cōmunia precepta legis nature per se nota rationi humane que quia communissima sunt ac manifesta: editione non indigent. Nam de preceptis iam actu editis atque traditis ut allegatur: quamente diceret sanctus thomas ꝙ editione non indigent. significans ꝙ

nec edita sunt. Doceret plane in eodē ordīs con
textu duo cōtradictoria simul esse vera. ¶ Et pre
terea expresse disputat scūs Thomas vtrū de ca
ritate debuerit dari aliquod pceptū secūda secū
de. q. pluis. arti. pmo. ꝛ concludit q sic. ꝛ articlo
secūdo cōcludit q duo fuerint data pcepta. s. de
dilectiōe dei ꝛ de dilectiōe pximi. Non ergo fu-
it mens sancti Thome dicere q precepta de dile
ctione dei ꝛ pximi prout diuina lege tradita sūt:
sint pma ꝛ comunia legis nature pcepta que qr
per se nota sunt: editione nō indigent. Unde ru-
dis plane est Burgeñ. ymaginatio. ¶ Dicendū
ergo est q scūs Thomas vbi dixit duo precepta
dilectiōis esse pma ꝛ cōmunissima precepta le-
gis nature. Que rationi hūane per se nota sunt
ac per hoc q editione nō indigent: loquit de illi
pceptis q̄tū ad substātiā actus absolute. i. de di
lectione dei ꝛ proximi sine modo determinato p
ut inest homini naturaliter. Est enim de dictami
ne legis nature omni rationali creature: q dili-
gat deū sup oīa: in q̄tū ē vniuersale bonū. ac pri
cipiū pmū ꝛ pma causa sui eē. totiusq perfe-
ctionis naturalis. Item est de dictamine rationis
naturalis: q homo pximū diligat. qui intelligi
tur oīs hō. in q̄tū sibi silis est sm naturā spe
cificā. sm illud Ecclesiastici. xiij. oē animal dili-
git sibi sile. Docet hoc scūs Thomas in plurib
locis ꝛ multū plane pma pte. q. lx. arti. iij. ꝛ. v.
Itē pma secunde. q. cix. arti. iij. Unde hoc mo
do loquendo: dilectio dei ꝛ dilectio pximi sunt
de pmis ꝛ cōmunib legis nature preceptis ra
tioni hūane per se notis que exteriori nō indigēt

editione et presertim adiuncta fide a quibus oīa precepta decalogi deducunt͛ sicut conclusiones immediate ex primis principijs. prout scūs tho. tradit pma secūde. q. c. ar. ij. ad primū. Sed in lege diuina Deutro. vj. et Mat. xxij. tradita sunt precepta de dilectiōe dei et proximi nō q̄tū ad substantiā act⁹ absolute sed q̄tū ad modū determinatū. s. q̄ deus diligatur ex toto corde ex tota aīa aut mēte. et ex tota fortitudine. et proximū diligat quisq̄ sicut seipm̄. Iste enim modus diligēdi deum et proximū: non inest homini a natura sȝ ex gratia. Unō indiguit expressa editione p̄ modū precepti. cum sit de necessitate salutis. Et inde est q̄ duo precepta de dilectione dei et proximi: dicūt precepta caritatis. quia in eis nō solum substantia actus: sed et modus ille diligendi qui ē mod⁹. caritatis: cadit in p̄cepto. ita q̄ sine caritate: ista duo precepta dilectionis impleri nō possunt. p̄ ut pulcre deducit scūs tho. p̄ma secūde. q. c. ar. x. Unde Aug⁹. dicit in li. de pfectione iusticie q̄ hoc preceptū. diliges dnm̄ deū tuū: in plenitudine caritatis patrie implebit͛. et q̄ per hoc preceptū indicat͛ nobis. non quid faciendū sit: sȝ potius quo tendendū sit. Ex qua auctoritate seq̄t͛ q̄ dilectio dei cadit sub precepto q̄tū ad modū caritatis qui ī eo importat͛. cū dicit͛. ex toto corde etc. Alias in via posset perfcē impleri. quod tamē negat Aug⁹. Idem expsse tenet scūs tho. secūda secūde q. xliiij. ar. vj. et q. clxxxiiij. ar. ij. ad secūdū inquit. Perfectio diuine dilectionis vniuersaliter quidē cadit sub p̄cepto. ita q̄ etiā perfectio patrie nō excludit͛ ab illo p̄cepto. Idem

tenet in de virtutib⁹ .q.ij.ar.x.ad p̄mū. Et q̄ isto modo intellexerit sc̄us tho. p̄cepta de dilectione dei ꝛ p̄ximi data fuisse lege diuina: patet. q̄m se cūda secūde.q.xliiij. vbi sp̄alē de his preceptis tractatū facit: vocat ea p̄cepta caritatis. Et sub tali pretitulatione de eis disputat in tota questione. Si enim darentur ista precepta in lege diuina de dilectione naturali dei ꝛ proximi uel q̄tuz ad substantiam actus absolute: false dicerentur precepta caritatis. cum sine caritate eē possit ea dilectio. Unde ꝛ eadē.q.secunda secūde ar. pri. Cū tertio loco obijceret ad probanduz q̄ nō fuerint danda precepta de dilectione dei ꝛ p̄ximi. ex eo q̄ inter precepta decalogi non continent̄: non soluit obiectionem per hoc q̄ sunt de p̄mis ꝛ cōmunissimis preceptis naturaliter notis quē admodum prima secunde. sed soluit. quia omnia precepta decalogi ordinātur ad ista duo de dilectione dei ꝛ proximi tanq̄ ad finem. p̄pter quod in omnibus includuntur. Hoc intelligendum est per modum quo finis includitur in his que ad finem disponunt uel ordinantur. Omnia enim p̄cepta decalogi: ordinabilia sunt ꝛ disponunt ad duo precepta caritatis. non tamen sicut ad finem adequatum aut cōnaturalem: sed sicut ad finem excedentem ꝛ supernaturalem. quemadmodum ꝛ uirtutes morales ad uirtutes theologicas disponunt ac ordinantur. Et hoc modo Apostolus dicit prima Thimo. primo. q̄ finis precepti est caritas. prout sanctus thomas in postilla exponit. ¶ Sequitur ex p̄missis q̄ ista duo precepta: sunt secundum doctrinam sancti Tho

